



Presència i context del Mestre del timpà de Cabestany

La formació de la *traditio classica* d'un taller d'escultura meridional (ca. 1160-1200)

Laura Bartolomé Roviras

ADVERTIMENT. La consulta d'aquesta tesi queda condicionada a l'acceptació de les següents condicions d'ús: La difusió d'aquesta tesi per mitjà del servei TDX (www.tesisenxarxa.net) ha estat autoritzada pels titulars dels drets de propietat intel·lectual únicament per a usos privats emmarcados en activitats d'investigació i docència. No s'autoritza la seva reproducció amb finalitats de lucre ni la seva difusió i posada a disposició des d'un lloc aliè al servei TDX. No s'autoritza la presentació del seu contingut en una finestra o marc aliè a TDX (framing). Aquesta reserva de drets afecta tant al resum de presentació de la tesi com als seus continguts. En la utilització o cita de parts de la tesi és obligat indicar el nom de la persona autora.

ADVERTENCIA. La consulta de esta tesis queda condicionada a la aceptación de las siguientes condiciones de uso: La difusión de esta tesis por medio del servicio TDR (www.tesisenred.net) ha sido autorizada por los titulares de los derechos de propiedad intelectual únicamente para usos privados enmarcados en actividades de investigación y docencia. No se autoriza su reproducción con finalidades de lucro ni su difusión y puesta a disposición desde un sitio ajeno al servicio TDR. No se autoriza la presentación de su contenido en una ventana o marco ajeno a TDR (framing). Esta reserva de derechos afecta tanto al resumen de presentación de la tesis como a sus contenidos. En la utilización o cita de partes de la tesis es obligado indicar el nombre de la persona autora.

WARNING. On having consulted this thesis you're accepting the following use conditions: Spreading this thesis by the TDX (www.tesisenxarxa.net) service has been authorized by the titular of the intellectual property rights only for private uses placed in investigation and teaching activities. Reproduction with lucrative aims is not authorized neither its spreading and availability from a site foreign to the TDX service. Introducing its content in a window or frame foreign to the TDX service is not authorized (framing). This rights affect to the presentation summary of the thesis as well as to its contents. In the using or citation of parts of the thesis it's obliged to indicate the name of the author.

UNIVERSITAT DE BARCELONA

FACULTAT DE GEOGRAFIA I HISTÒRIA
DEPARTAMENT D'HISTÒRIA DE L'ART

Presència i context del Mestre del timpà de Cabestany

La formació de la *traditio classica* d'un taller d'escultura meridional
(ca. 1160-1200)

Tesi que presenta: Laura Bartolomé Roviras

Per a optar al títol de Doctora en Història de l'Art,
amb la menció específica de "Doctor Europeu"

Director: Dr. Antoni José i Pitarch

Catedràtic d'Història de l'Art de la Universitat de Barcelona

Programa de Doctorat:

Vies de recerca en Història de l'Art (2000-2001)

Barcelona, 2010

XI. Apèndix documental

Abreviatures:

ACA Arxiu de la Corona d'Aragó

ASP Archivio di Stato di Pisa

BNF Bibliothèque Nationale de France

-1-

1113 setembre, 7. Sant Feliu de Guíxols

Memòria del tractat estipulat entre els pisans i Ramon Berenguer III, comte de Barcelona, per l'expedició conjunta contra les Balears. El comte de Barcelona garanteix la seguretat de les persones i béns pisans establerts en el territori, en particular a Arle i Sant Gèli.

Còpia simple inserida en un document del 8 d'agost del 1233:

- (A) ASP Diplomatico Atti publici.
- (A) ACA Cancelleria, Perg. Jaume I, núm. 496.

Publ.: PIFERRER Y FÁBREGAS, P. (1842), p. 110-111.

Publ.: MOLARD, M. (1874), p. 84-86.

Publ.: GONZÁLEZ HURTEBISE, E. (1909), doc. 10.

Publ.: CALISSE, C. (1904), ap. I, p. 137-140.

Publ.: SALVATORI, E. (2002), p. 249-251.

In omnipotentis Dei Patris et Filii et Spiritus sancti nomine. Breve recordationis ad futuri temporis memoriam societatis et amicicie atque donationis, quam Raymundus Berengarius, Barchinone glorioissimus comes, Pisanis fecit et cum eis firmavit. Siquidem cum Pisanorum exercitus, qui pro christianorum erectione captivorum ad Maiorcam proficiscebatur, divino ducatu in portu Sancti Felicis prope Gerundam apud Barchinoniam applicuisset, prenominatus Raymundus, excellentissimus comes, cum Raymundo Barchinonensi atque Berengario Gerundensi venerabilibus episcopis ac Nogelario ecclesie Sancti Ruffi religioso abate necnon et Bernardo Guillelmi de Sardagna strenuissimo comite, Guillelmo Arnaldo vicecomite, Guillelmo Gaufridide de Cerviaria, Guillelmo Raymundi aliisque suis militibus, causa confirmande societatis et amicicie, quam ab utriusque partibus multis transmissis legationibus copulare desiderasse ad invicem promiserant, ad Pisanos in predictum portum Sancti Felicis venisset, postquam sanctissime crucis signum a Petro reverentissimo Pisane ecclesie archiepiscopo, qui domini apostolici in predicto exercitu vicem gerebat, ad Dei honorem omniumque christianorum salutem suo humero suscepserat, nec non et sancte Dei genitricis et virginis Marie Pisane ecclesie, ad Dei et sanctissime Romane ecclesie et omnium sanctorum honorem, ita de eiusdem archiepiscopi manibus ut, quocienscumque Pisani exercitum facerent

supra Sarracenos per Hyspaniam, eorum vexillifer atque guidator foret, vexillum receperat, hoc donum, consilio predictorum episcoporum, abbatis aliorumque qui secum aderant, prenominatus prestantissimus comes Pisanis, causa corroborande societatis et amicicie, concessit ut, quocienscumque ipsi Pisani vel aliquis ex Pisano populo per terram vel per mare nobilissimi comitis negotiatum alioque modo deambulaverint, salve persone cum avere in Arelatensi civitate et in burgo Sancti Egidii, et per totam suam virtutem et forzam, quam habet vel in antea acquisierit, vadant atque morentur, et nullus census nullusque redditus, quem vulgo usagium appellant, qui sibi pertinet, neque in Arelatensi civitate, neque in burgo Sancti Egidii, neque per totam eius virtutem vel forzam, quam habet vel in antea acquisierit, alicui Pisano queratur. Et insuper ubicumque Pisani vel in Arelatensi civitate, vel in burgo Sancti Egidii, et per totam eius virtutem et forzam quam habet vel in antea acquisierit, in terra vel in mari applicuerint, ab omni homine eos debet deffendere. Et si qua Pisanorum navis per totam eius terram, periculis imminentibus, naufragium passa fuerit, salve debeant esse persone cum avere. Igitur postquam predictum donum, consilio iam nominatorum episcoporum et abbatis ac comitum aliorumque qui secum aderant, strenuissimus comes populo Pisano concessit, Athonem filium domini Marignani et Erithonem filium domini Erithonis, consules Pisanorum, osculo sub fidei signo dato, per quodam missile quod vulgo bulcionem vocamus, vice aliorum consulum tociusque Pisani populi, coram marchionibus, comitibus, principibus Romanis, Lucensisibus, Florentinis, Senensisbus, Vulterraniis, Pistoriensibus, Longobardis, Sardis et Corsis, aliisque innumerabilibus gentibus, que in predicto exercitu aderant, investivit. Ut autem omnia que superius dicta sunt confimarentur et perpetuo memorie habeantur, iam nominatus prestantissimus comes, coram predictis hominibus, Berardonem Pisanorum consulum cancellarium in scriptis redigere et omnia confirmare precepit.

Acta anno dominice incarnationis MC quarto decimo, sub Petro venerabili Pisane ecclesie archiepiscopo atque Gerardo, Petro, Gerardo vicecomitibus, Dodo Athone, Enrrigo, Ildebrando, Dodone, Lamberto, Erithone, Loytterio, Ruberto, Rodulfo consulibus, prope ecclesiam Sancti Felicis de Gerunda, septimus Idus septembbris, indictione sexta.

1155

Conveni entre Raimundus arquebisbe d'ArLe, Ug de Baus i els seus germans i els homes de Burg, pel que es garanteix l'assistència als naufrags de les naus genoveses, renunciant al dret de saqueig i assegurant el lliure accés al port d'Arle de les naus genoveses que segueixen una navegació de cabotatge, excloent aquelles que procedeixen l'alta mar, amb excepció d'aquelles de transport de pelegrins.

(A) Liber Iurium, II, núm. 5.

Publ.: PUNCUH, D. (1996), p. 258-259.

Conventio domini Raimundi, Arelatensis archiepiscopi.

In nomine domini nostri Iesu Christi. Hoc est placitum quod dominus Raimundus, Arelatensis archiepiscopus, et Ugo de Baucio et fratres eius et domini de Burgo fecerunt cum Ianuensibus et legato eorum Idone Guntardo. Primo nave Ianuen[sium] cum terratenus Arelaten venerint non querent securitatem sed secure intrabunt undecumque veniant et si homines extranei in navibus illis venerint, similiter securi erunt, quod si naufragium pertulerint, Ugo de Bautio vel fratres eius et domini de Burgo non debet inde aliquid tollere vel accipere, sed debent eos defendere et manutene sine malo ingenio in mari et in terra et in gradibus qui sunt in posse eorum et infra gradus et extra. Navibus de pelago venientibus non dabunt ipsi securitatem nec eas recipient neque pecuniam quam attulerint, exceptis navibus peregrinorum utramare euntium vel inde redeuntium et exceptis navibus Arelatensium per pelagus in Yspania euntium et inde redeuntium, quas etiam naves Arelatensium debent Ianuenses tueri et defender quantum potuerint. Ipsi quoque Ianuenses erunt tuti et securi in omni posse Arelatensis archiepiscopi et Ugonis de Baucio et dominorum de Burgo. Verumtamen si forte contigerit quod contra supradictam convenientiam aliquid ab ipsis dominis vel a suis hominibus factum fuerit vel aliqua quelibet querela adversus illos a Ianuensibus evenerit, infra XL dies ex quo querimoniam Ianuensem per certos nuncios illorum audierint ipsi bona fide emendabunt convenientiam et debito fine terminabunt aliam querelam et si infra XL dies hoc non potuerit fieri, post XL dies quem cito potuerit fiat bona fide, sine fraude. Hec omnia que supra scripta sunt dominus archiepiscopus se servaturum promisit et convenit et Ugo de Baucio pro se et pro fratribus suis iuravit et Porcellus pro se et pro fratre suo et Raimundus sarista pro se et nepote suo.

[S.T.] Ego Symon Donati notrius hoc exemplum ab autentico et originali munito quatuor sigillis cereis, in quolibet duorum erat forma animalis quadrupedis, in alia vero erat sculptura que quasi episcopalis videbatur tenentis in manu baculum pastoralem, in sequenti quoque erat forma quasi militis en equo sedentis, quorum omnium cirucumscriptiones legi non poterant quia erant nimia vetustate, sicut in eo vidi et legi per omnia transcripsi et exemplificavi, nichil in eo addito vel diminuto in litterarum oratione preter forte litteram vel sillabam, titulum seu punctum et hoc absque omni mutatione, corruptione vel diminutione dictionum ac sensus, ad quod corroborandum, iussu prescripti domini Iacobi de Balduino, Ianuen[sium] potestatis, propria manu subscrispsi, anno dominice nativitatis millesimo ducentesimo vigesimo non, indictione prima, mense augusti.

-3-

1156 abril, 20. Benevento

Carta del papa Adrià IV als canonges de Pisa per anunciar l'arribada dels canonges de Sant Ruf d'Avinyó que ell mateix dirigeix a Itàlia per taller pedres i columnes. El papa exhorta als canonges de Pisa a ajudar a aquells d'Avinyó per a l'acabament del seu encàrrec, destinat a l'obra del claustre de la seva canònica.

Publ.: UGHELLI, F. (1717-1722), III, 397.

Publ.: MIGNE, J. A. (1890), col. 1461.

Publ.: MORTET, V. i DESCHAMPS, P. (1929), p. 732-733.

ADRIANUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis L. archipresbytero, et caeteris Pisanis canonicis, salutem et apostolicam benedictionem.

Quos ampliori devotione nobis ascriptos esse cognoscimus, et quos majori dilectionis affectu diligimus, illos utique pro vestris negotiis confidentius excitamus. Cum enim praedecessoribus nostris ecclesia Pisana devota extiterit, et ipsis semper studuerit humiliter obedire, nolumus quod nostris temporibus erga nos, vel matrem nostram diminutionem recipiat, cum paratis simus ecclesiam vestram, et personas plena charitate diligere, et ipsius justitiam integre vobis, atque inviolabiliter conservare. Inde est quod dilectos filios R. capellanum nostrum ecclesiae Pisanae satis devotum, atque quosdam fratres ecclesiae S. Rufi, quos pro incidentis lapidibus et columnellis ad partes vestras dirigimus, cum quibus etiam dilectum filium P. scriptorem nostrum utique misissemus, nisi pro vestro negotio remansisset, eos charitati vestrae attentius commendamus, rogantes quatenus ita eis, et nobis gratum super hoc auxilium, et consilium tribuatis tam in magistris, quam in aliis, ut ipsi opus, quod intendunt possint peragere, et nos fructuosas vobis debeamus gratias exhibere. Ad opus siquidem dilectorum filiorum nostrorum canonicorum ecclesiae S. Rufi claustrum fieri volumus, quod vestro auxilio vellemus operis execucionem perficere.

Datum Beneventi, XII Kal. Maii.

-4-

1157 maig, 28. Sutri

Carta del papa Adria IV a L'arquebisbe de Colònia, l'arquebisbe de Constança, i l'abat del monestir de Stavelot per exhortar-los a la manutenció i cura del monestir de Sant'Antimo.

Publ.: MIGNE, J. P. (1890), col. 1427.

Publ.: MARTEN, E. i DURAND, U. (1724), col. 590.

ADRIANUS episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus Coloniensi archiepiscopo et Constantiensi episcopo, et dilecto filio abbati de Stabulaus, salutem et apostolicam benedictionem.

Tam rationis quam aequitatis ordo expostulat, et susceptae administrationis officium vos invitat, ut piis ac religiosis locis vestrae defensionis auxilium debeatis impendere, et ea in sua justitia modis omnibus confovere. Inde est, quod prudentiae vestrae per apostolica scripta mandamus, ut monasterium Sancti Antimi, pro beati Petri ac nostra reverentia in justitia sua manutenere curetis, et secundum quod in privilegiis Romanorum imperatorum eidem monasterio indulitis dignoscitur contineri, ad conservandam libertatem ipsius, prout expedire videritis, laboretis, quatenus dignas vobis gratiarum actiones persolvere et vestrae devotionis studium debeamus in hac parte non immeriti commendare.

Data Sutrii, V Kal. Junii.

1158. Pisa

Fragment dels Annales Pisani en què es menciona el saqueig i destrucció de l'església de Sant Jaume de Pisa.

Publ.: MARAGONE, B. (1936), p. 17.

A. D. MCLXV. Secunda turris Magnalis completa fuit et bene ordinata mense novembris. A. D. MCLVII. In consulatu Guinithonis, nepotis Sesmondi, a kalendis Aprilis usque ad kal. Ianuarii, Consules fecerunt civitatis murum iusta Ausarem a ponte et turre Sancte Marie, que turris est angulus civitatis, usque ad pontem et turrem Sancti Stephani, et muraverunt unum pontem sub terra et duos super terram; et a via que venit per Burgum usque ad Ausarem, ubi est porta, usque ad angulum civitatis, qui est prope Sanctum Zenonem, similiter unum pontem sub terra et duos super terram edificaverunt, in eodem consulatu Alcherini et Glandulfini, qui fuerunt socii supradicti Guinithonis. A. D. MCLVIII. Fuit combustio magna Pisis, III kal. Septembris in nocte, ex qua combustione fuerunt concremate X turres, a domo et via Guidonis quandam Tedicii, usque ad turres Petri Albithonis et omnes ceciderunt. Unde fuerunt mortui Simone de Parlascio, Henricus filius Uguacionis de Villano, Vechius Bonacci, qui tunc erat provisor, et Conmovelli, et alii. Unde Consules, irati et commoti, omnia balatoria iuxta Sarnum iusserunt destruere. A. D. MCLVIII. Guilielmus rex Cicilie, a kal. Aprelis usque ad kal. Octubres, magnum fecit stolum CXL galearum et XXIIII dermonum, qui dermones portaverunt CCCC milites. Quem stolum rex Guilielmus in mense Iunio misit cum suo amirato, et cum multis de suis baronibus, super imperatorem Constantinopolitanum; qui stolus pervenit ad Negropo ubi erat exercitus imperatoris Constantinopolitani, et magnus stolus de mari. Amiratus regis Guilielmi bellum viriliter incepit in mari et in terra, eosque devicit et superavit; et totum stolum imperatoris Constantinopolitani retinuit, et civitatem Negropo, pugnando fortiter, cepit, destruxit et expoliavit, et multam pecuniam inde atracxit; civitatem et stolum maris incontinenti igne combusit. Mox etiam civitatem Almiro audacter aggressus est, eamque civitatem et Sanctum Iacobum Pisanorum cum turre cepit et expoliavit, eamque igne incendit. Postea magnam partem Romanie devastavit et expoliavit; unde Constantinopolim magnum habuit timorem, et imperator magnum dolorem. Et sic amiratus regis Guilielmi cum toto exercitu suo, cum magno honore et triumpho et ingenti gloria in mense Septembris reversus

est ad regem Guilielmum in Siciliam. A. D. MCLVIII, in quarto consulatu Cocci. Item Pisani
Consules muraverunt civitatem.

-6-

1163 Maig, 2. Montpellier

Butlla otorgada pel papa Alexandre III de confirmació de les possessions del monestir de Santa Maria d'Alet.

Publ.: *Gallia christiana* (1728-1785), VI, 109, Instrum.

ALEXANDER episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis BERNARDO ecclesiae Beatae Mariae Electensis abbatii, ejusque fratribus tam praesentibus quam futuris monasterium professis in perpetuum.

Piae postulatio voluntatis effectu debet prosequente compleri, ut devotionis sinceritas laudabiliter enitescat, et utilitas postulata vires indubitanter assumat. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus, et praefatum monasterium, in quo divino mancipati estis obsequio, quod a fundatore ipsius nobilis memoriae Bera comite sub censu beato Petro oblatum est, praedecessorum nostrorum felicis memoriae Leonis IX, Calixti, et Eugenii Romanorum pontificum vestigiis inhaerentes, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et praesentis scripti privilegio communimus, statuentes ut quascunque possessiones, quaecunque bona idem monasterium in praesentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis praebente Domino poterit adipisci, firma vobis, vestrisque successoribus, et illibata permaneant. In quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: monasterium S. Pauli, quod dicitur Vallolas super ripam Aquilini cum appendiciis suis, ecclesiam S. Polycarpi super rivum grandem cum pertinentiis suis, sicut monasterio vestro domni praedecessoris nostri sanctae memoriae Paschalis papae judicio confirmata est, ecclesiam Sanctae Mariae Urbione, ecclesiam S. Petri de Escalabra cum pertinentiis suis, ecclesiam S. Romani de Librazac, ecclesiam S. Mariae de Vallelias cum pertinentiis suis, ecclesiam S. Valerii, ecclesiam S. Michaelis de Rethmol, ecclesiam de Pairano, ecclesiam de Villa, quae dicitur Terracopulata, ecclesiam de Villanova, ecclesiam S. Jacobi de Villariseveric, villam Flacianum cum ecclesia, villam Ladimanellum cum ecclesia, villam Lupianum cum ecclesia, villam Solarium, ecclesiam de Donadac, villam Comelianellum cum ecclesia, ecclesiam S. Salvatoris juxta ripam Corneliani sitam, ecclesiam S. Juliani, ecclesiam S. Saturnini de Fan, duas partes decimae de Sanz, ecclesiam S. Nazarii de Aquiscalidis, monasterium S. Pabuli cum appendiciis suis, ecclesiam S. Martini de Cella, ecclesiam de Castroresindo, castrum Princiacum

cum ecclesia, castrum Vezolam cum duabus ecclesiis, castrum Cornelianum, castrum Blancaforte. Obeunte vero te nunc ejusdem loci abate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia, seu violentia paeponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris secundum Dei timorem et beati Benedicti Regulam providerint eligendum; electus vero a dioecesano consecretur episcopo, si quidem ille gratis et sine pravitate consecrationem exhibere voluerit, alioquin a catholico quem maluerit episcopo consecrationem accipiat. Hoc etiam capitulo praesente subjungimus ut, quia locus vester beati Petri et ejus oblatio sanctae Romanae Ecclesiae juris est, nulli omnino archiepiscopo vel episcopo facultas sit super eum aut super vos excommunicationis vel interdicti sententiam proferre, nec alicui archiepiscopo vel episcopo fas sit in ecclesiis ad vestrum jus pertinentibus injustas et indebitas exactiones aliquatenus exercere, sed liberi semper et quieti sub jure ac protectione sedis apostolicae persistatis. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat supradictum monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolicae auctoritate. Ad indicium autem hujus a Romana Ecclesia perceptae libertatis libram unam argenti singulis trienniis nobis, nostrisque successoribus persolvetis. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona hanc nostrae constitutionis paginam sciens contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniuitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultiōni subjaceat; cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipient, et apud districtum judicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Ego Alexander catholicae Ecclesiae episcopus ss. Ego Gregorius Sabin. episcopus ss. Ego Hubaldus Hostiensis episcopus ss. Ego Bernardus Portuensis S. Rufinae episc. ss. Ego Gualterius Albanensis episcopus ss. Ego Hunaldus presbyter cardinalis titulo S. Crucis in Jerusalem ss. Ego Albertus presbyter cardinalis titulo S. Laurentii in Lucina ss. Ego Hyacinthus diaconus cardinalis S. Mariae in Cosmydin ss. Ego Odo diaconus cardinalis S. Nicolai in Carcere Tulliano ss. Ego Ardicio diaconus cardinalis S. Theodori ss.

Datum apud Montempessulanum per manum Hermanni S. R. E. subdiaconi et notarii, VI Nonas Maii, inductione X, Incarnationis Dominicae anno 1162, pontificatus vero domni Alexandri papae III anno tertio.

1165 gener, 1. Pisa

Breve conventorum pactorum entre Ildebrandus, notari de La Santa Seu, i
Guilielmus i Riccius, mestres i operaris de L'obra de Santa Maria de Pisa.

(A) ASP Diplomatico Primaziale, núm. 14.

Publ.: MILANESI, G. (1893), p. 5-6, doc. 1.

Publ.: CALDERONI MASETTI, A.R., (2001), p. 237-239.

(S) In eterni dei nomine amen. Breve conventorum pactorum.

[Arrigus qui vocitatur] Grassus et Torscellus atque Carus e [S]estus et Bellus operariis Opere Sancte Marie et Guilielmus et Riccius magistri predicte Opere convenerunt inter se: Siquidem predictem operarii promiserunt stipulatione predicto Guilielmo et Riccio, unusquisque eorum, per singulam ebdomadam pro expensa denarios quattuordecim et pro pretio denarios decem et octo, et hoc debent dare per menses octo; in aliis quattuor pro expensa totidem, et pro pretio denarios quindecim, et sic senper dare debent. Nisi inpediar eos infirmitate. In te(np) ore vero infirmitatis nichil debent abere de pretio, et de xpensa autem [... per duas eb] domadas tantum quantum in tempore sanitatis. Expletis vero duabus ebdomadis, si infirmitas perseveraverit, nichil debent abere de pretio vel de expensa. In fine vero anni nulla infermiate aut festivitate inpediente, dare debent predicto Guilielmo pro feo solidos viginti quinque et Riccio solidos quindecim. De discipulis vero sic inter se convenerunt: quod magister Guilielmus debet abere tres discipulos, et non plures, et magister Riccius tantum duos. T[a]l[i] modo debent retinere in predicta opera postquam videbunt illos esse conveniens, pro expensa suscipienda unusquisque eorum debet eam abere tantum quantum aliquis eorum, pro pretio debent recipere tantum quantum illos scierint laborare. In tempore vero infirmitatis debent suscipere expensam per unam ebdomadam, et non amplius, pro pretio vero nicheil ; et in fine anni nichil de feudo. Super omnia predicta in die Nativitatis Domini inter omnes quotquot fuerint debent recipere unum barile vini et unum sextarium fabarum et unum fascen inter porros et brascas; et in una quaque istarum duas festivitates Nativitas domini et Resurrectionis unusquisque vestrum magister videlicet et discipulus, per singulos denarios duos et omnes magistri et discipuli in diebus quibus laborant ter bibere debent. In festivitatibus autem semel. Quando autem in aliquibus sepulturis laboraverint, inter omnes debent abere denarios

quattuorum. In dies etiam Jovis ante Quadragesimam debent abere per singulos aborlingum unum. In die etiam Resurrexionis Domini debent recipere omnes insimul panem et vinum et agnelum et ova et erbatam. De omnibus supradictis promiserunt uterque inter se stipulationes penam solidorum quattuorcentum. Et in tali hordine hoc scribere rogavimus Ildebrandum notarium apostolice sedis. Hactum in porticu predicte Opere, anno dominice incarnationis millesimo centesimo sexagesimo quinto ipso die Kalendarum Januarii inductione XIII.

Signa manuum Bernardi Familiati et Barattuli quandam Bernardi et Sacci quandam Alberti et Henric[i] magistri quaondam Ildebrandi et Moriconis quandam Petri et Iohanni quandam Lambberti et Martini quandam Iohanni rogatorum te[stium].

Supradictis operaiis confessi sunt coram predicti testes quod isti magistri fidelitatem fecissen[t] predicte Opere preter Bernasdu Familiau qui tunc non erat ibi.

(S) Ego Ildebrandus notarius apostolice sedis hoc breve, rogatu utrumque partium, scripsi et firmavi.

1167 maig, 2

Tractat d'aliança establert entre Alfons I el Cast i el Comune de Gènova, representat per Rodoano de Mauro, pel què es manifesten assitència recíproca.

(A) Liber Iurium, I, núm. 253.

Publ.: PUNCUH, D. (1996), p. 54-57.

De rege Aragonum

In nomine Domini. Hee sunt conventiones que habuit Ildefonsus, rex Aragonensi, comes Barchi[nonensis], dux [Provincie, cum Rodo]ano, consule Ianuen[si], et suis sociis. Sciendum est omnibus quod ego prescriptus rex Ianuensibus [omnibus promitto et] omnibus sui districtus me cunstodire et salvare personas et res eorum in omni terra quam habeo [vel] deinceps acquisiero et in quocumque loco potuero, quibus dono et concedo ut [in] aliqua parte mee terre neque pefaticum neque ledam nque ribaticum neque aliquod usaticum donent. Promitto eis etiam me non recepturum Pisanos in Tortosia usque ad Nisciam nec Pisani a me vel a meis hominibus aliquo in loco sustentabuntur. In Barchinonia vero recipiam Pisanorum naves non cum aliqua negotiatione sed ad portandos peregrinos. Hoc vero quod meus pater eis debebat et ego debeo ipsis persolvam termino quem cum eis constituam et tantam et talem faciam securitatem que eis poterit placere. Similiter eis promitto quod si mei homines suis aliquid abstulerint, vel eis reddere faciam vel eis plenariam faciam iusticiam. Si in hac predicta conventioni mihi et Ianuensibus placuerit crescero vel minuere aliquid, similiter observabo et si acciderit quod castrum de Albarono ab hac die in antea reddatur mihi vel ipsis vel aliquo modo habuero, predicte tenebor conventionis. Hac conventionem prescriptam pro omni posse meo et ego et mei successores tenebimus. Nos consules Ianuenses predicto regi Aragonensi et suis successoribus promittimus qui hoc pactum nobis servaverint suos homines salvaturos et eorum res in nostra potestate in terra et in mari ut soliti sunt ire et promittimus bona fide eum nos ausiliaturos ad capiendum Albaronum. Si nostri homines aliquid illi vel suis abstulerunt, faciemus eis reddere vel plenariam eis faciemus iusticiam. Si aliquod forifactum deincps nostri homines suis fecerint, facta conquestione consulibus Ianuensibus, infra quadraginta dies eis redditur vel quod iusticia postulaverit fiet. Et ego rex Arag[onum] eodem

pacto pro me et pro meis tenebor. Facta est hec conventio anno Domini millesimo centesimo sexagesimo septimo, Vlo nonas maii, luna Xa et semper hec conventio firma maneat.

[S.T.] Ego Symon Donati notarius hoc exemplum ab auctentico et originali, sigillato sigillo cereo predicti regis, in quo erat ab utraque <parte> quasi forma sculpta militis armati sedentis in equo, cuius circumscrip^tio legi non poterat propter nimiam vetustaem, sicut in eo vidi et legi [per omni tran]scripsi et exemplificavi, nichil in eo addito vel diminuto in litterarum oratione, preter forte litteram vel illabam, titulum seu pun[ctum et hoc absque] omni mutatione, corruptione vel diminutione dictionum ac sensus, ad quod corroborandum, iussu prescripti domini Iacobi [de Balduino, Ianuensium] potestatis, propria manu subscripsi, anno dominice nativitatis millesimo ducentesimo vigesimo non, inductione prima, mense augusti. Erat quoque in ipso exemplo medium alphabetum per quod vidbatus ab alio instrumento divisum, licet in eo de alio instrumento vel divisione nulla mentio fiat. Cuius medii alphabeti forma talis est.

[S.T.] Ego magister Nicolaus de Sancto Laurentio, sacri palaci notarius, transcripsi hec et exemplificavi ut supra ab illis que Symon Donati notarius sumpsit ex autenticis ot originalibus regum Sicilie, videlicet domini W[ilelmi] et domini Frederici, ut supra in subscriptione dicti Symonis continetur et Ildefonsi regis Aragon[um], nichil addito vel diminuto nisi forte littera vel sillaba, titulo seu puncto plus minusve aut causa abbreviationis litterarum, sententia in aliquo non mutata nec visiata, precepto tamen domini Hernrici Confalonierii, potestatis Ianua, millesimo ducentesimo quinquagesimo tercio, inductione XI, die prima octubris, presentibus testibus Rufino de Ast iudice et Oberto de Langasco, scriba communis, in quorum presentia statuit et laudavit quod predicta vim et fortiam eandem habeant cum originalibus.

1176 octubre, 3. Pisa

Pagament efectuat per Ramon de Montcada, fill de Guillem Ramon, Guillem de Claramunt, fill de Donadeu, i Berenguer de Barcelona, fill de Berenguer Ramon, a Ildebrando di ser Cerioli i Lamberto di ser Verardi de Lucca, de la quantitat de 300 liures de diner de Pisa i Lucca.

(A) ACA Cancelleria, Pergamins, Alfons I, núm. 227.

Publ.: DURÁN I DUELT, D. i MAILLOL I FERRER, M. T. (2000), p. 974-975.

In nomine Domini nostri Ihesu Christi Dei eterni. Anno incarnationis eius millesimo centesimo septuagesimo septimo, indictione decima, quinto nonas octubris. Ex huius publici instrumenti clareat electiones quod nos, Rimundus de Montecatano, quondam Guilielmi Ramundi, et Guilielmus de Claromonte, quondam Deusdedict, atque Berlingerius de Barcellona, quondam item Berlingerii Ramundi, confitemur nos recipisse mutuo a uobis Ildebrando, quandam Cerioli, atque Lamberto, quondam Vuerandi, lucensibus, in rei ueritate et von spe future numerationis, libras trecentas bonorum denariorum pisane et lucensium monete, de quibus et pro quibus trecent[i]s libris quisque nostrum in solidum promittimus vobis, dictis Ildebrando et Lam[erto], pacat]uros et soluturos apud Constantinopolim bizantios yperper[os] [quatu]orcentos sedecim sive certo vestro misso aut Guidoni de Bella [fi]lio Cascii, pisaniis, pro vobis ab ea die qua Constantinopolim applicuerimus ad proximas kalendas madii. Et hoc vobis adimplere promittimus ad penam de duobus tres sollempni stipulatione promissam. Et sacramento corporaliter prestiti iuravimus ad sancta Dei evanglia ad dictum terminum supradictos quatuorcentos sedecim yperperos quisque nostrum in solidum per bonam fidem sine fraude vobis dare et volvere, nisi quantum vestri parabola vel certi vestri missi remanserit dando inde nobis as ad terminum vel terminos eodem semper iuramento durante. Hec omnia taliter [nos] [me]morati Ramundus, Guilelmus et Berlingrius scribere rogavimus Bandinum, iudicem et notarium.

Actum Pisis, in Quinthica prope ecclesiam Sancte Christine in domi Salvii de Martini, in testimoni Ildebrandi et Paganelli, germanorum, quondam Sismundi, et Marignani, filii Guidonis Marignani, et Rainerii, quondam Corsi, atque supradicti Guidonis de Bella et Petri filii Cascii, rogatorum testium.

+ Ego, Bandinus, domini Frederici Romanorum Imperatoris iudex ordinarius eiusdemque imperatorie dignitatis notarius, his omnibus interfui et hec scribere rogatus scripsi et complevi et dedi.

1177 gener. Tarascona

Tractat de pau establert entre Alfons I el Cast, rei d'Aragó, comte de Barcelona i marquès de Provença i Ilbebrandus Sismondi, cònsul de Pisa. El monarca aragonés garanteix la seguretat i el trànsit dels pisans dins els seus territoris, des de Salses fins als confins amb Hispània.

(A) ACA Cancelleria, Pergamins Alfons I, carp. 46, núm. 214.

Publ.: SÁNCHEZ CASABÓN, A. I. (1995), p. 314-316, doc. 229.

Publ.: SALVATORI, E. (2002), p. 197-199.

Reg.: MIRET Y SANS, J. (1903-1904), p. 399.

Reg.: CARUANA GÓMEZ, J. (1962), p. 93.

Reg.: CONDE Y DELGADO, R. i GALOPPINI, L. (1991), núm. 2.

Sit notum scire volentibus quod dominus Ildefonsus, Dei gratia illustris rex Arago (num), comes Barch (inone) et marchio Provincie, reducto ad memoriam quanta, quam vetera (a) et quam fructuosa fuerit olim dilectio inter predecessores suos, principes utique gloriosos et venerabiles viros consules Pisanorum cum probis hominibus et populo, quantumve utilitatis et commodi utrique provenerit, comuni inquam assensu et voluntate precedente dignum duxerunt et bonum pacem inter se reformare et facere antiquam etiam renovantes dilectionem; quod quidem fecit dominus rex, precibus et mandato consulum senatorum totiusque Pisarum populi, cum nobili viro et strenuissimo milite domino Ildebrandino , qui tunc temporis consul erat, ad hoc agendum ab eis elegato. Tenor autem [pacis] talis est, quod omnes homines domini regis cum rebus suis, qui sunt vel erunt a Salsis usque ad fines terre regis versus Hyspaniam, salvi sint semper et securi ubique terrarum et maris et omnium aquarum ab omnibus hominibus Pisarum quicquid actenus in...ene factum sit ab utrisque. Pisani quoque a Salsis villa usque in extremitates dominii domini regis versus Hyspaniam, securos se sentiant esse et tutos cum rebus suis ab omnibus hominibus eiusdem regis ubique terrarum et maris et omnium aquarum. Adiuncto etiam quod aliquis Pisanorum, nichil causa ducatus alicuius sive securitatis dare cogatur meo supradicto dominio regis in mari, videlicet, sive in terra aut in fluminibus et stagnis, exceptis antiquis usaticis quod sui antecessores cum ipsis Pisani habuerunt et tenuerunt. Hoc autem pretereundum non est, quod dominus rex salva et sana remittit omnino et concedit Pisani naufragia ubicunque in tota predicta terra vel

maris regis, ipsa naufragia fieri fortuito casu contingere, et econverso Pisani hominibus regis naufragia remittunt, ne inter dominium eorum homines regis predicte terre aliquid causa naufragii amittere debeant. Item si quam decetero altera partium cum altera novam ficeret querimoniam per litteras sigillatas sigillo regis vel consulum, intra quadraginta dies post litterarum subsceptionem querelator iustitie plenitudinem consequi debet nisi per eum steterit. Si vero, quod absit, utraque pars aut altera in tam utilissima pace in perpetuum constituta aliquando omnino dissentiret, ita quod eam tenere nolle, a die illo quo pax in irritum verteretur et alteri partium reddita fuerit, usque ad annum nichil quicquam mali sibi faciant ab invicem ac si toto illo anni spatio pacem inter se haberent; quod autem de naufragiis remittendis dictum est, ita intelligatur, scilicet in tota terra que est a Turricella usque in fines terre regis versus Hyspaniam sine omni exceptione; in alia vero terra que [intra] terminos supradictos continetur, in his tantummodo locis remittuntur naufragia quibus ipse ab aliis esset accepturus. Ut autem hec supradicta firmius compleantur et teneantur iuravit pro parte regis Raimundus de Teçon et Dalmatius Debiere, mandato domini regis. Ex parte vero consulum [Pise] iuravit dominus Ildebrandinus idem super animam suam et sociorum.

Actum est hoc apud Terrasconem, mense ianuario, anno Domini millesimo centesimo septuagesimosexto.

Signum Ildefonsi regis Arago (num) , comitis Barch (inone) et marchionis Provincie.

Huius rei testes sunt dominus Terragonensis archiepiscopus , Petrus de Cardone, Arnaldus de Darnitiis, Ugo de Bas, Aimerrigus Narbone, Gassaranus de Salis, Arnaldus de Villa Mulorum, Berlingarius de Cardona, Arnaldus de Palatholo, Bernardus de Auriaco cum aliis quam pluribus nobilis viris.

(SN) Ego Ugo, domini excellentissimi romanorum imperatoris triumphatoris semperque augusti publicus tabellio, predictis omnibus interfui ac predicta domini serenissimi Arago (num) regis et domini Ildebrandini Pisanorum consulis mandato atque rogatu scripsi atque firmavi et complevi. Qui Ugo olim fui filius Bernardi Marignani.

1177

Carta de Raymond V de Sant Gèli, comte de Tolosa, al capítol general de l'Orde del Císter de Cîteaux i al seu abat Alexandre, en què denuncia la propagació de l'heretgia càtara i demana auxili al mateix capítol i al rei de França per a combatre la difusió del culte herètic.

Publ.: STUBBS, W. (1879), p. 270-271.

Domino suo ac venerabili Cisterciensi abbati A[lexander] universoque conventui in generali capitulo constituo, naufragans circa superna comes Tolosse, dux Narboniae, marchio Provinciae, cum salute eorum benedictionibus confirmari orationibusque fulciri. Quoniam in scientiae et sapientiae vestrae thusuris claraecit quod nostris in partibus vulpes parvulae vineas quas plantavit dextera Excelsi demoliuntur, et fontes sine aqua, et nebulae turbinibus agitatae, fontem qui pacet domui David in ablutionem inmunditiae et menstruae evacuare nituntur, et rivuli virus diffundunt ut ligna quae plantata sunt secus decursus aquarum evellant, rogo et obsecro quatinus ascendatis ex adverso, et ne istorum sermo, qui ut cancer serpit, convalescat, opponatis vos murum pro domo Israel. In tantum equidem haec putida haeresis tabes praevaluit, ut omnes fere illi consentientes arbitrentur obsequium se praestare Deo, et ipse iniquus qui misterium jam operatur iniquitatis in filios diffidentiae, sic transfigurat se in angelum lucis, ut uxor a viro, filius a patre, nurus a socru descendant proh dolor! Insuper sic in finibus nostris obscuratum est aurum, ut quasi lutum sub pedibus diaboli sternatur; quoniam et qui sacerdotio funguntur haeresis foeditate depravantur, et antiqua olimque veneranda ecclesiarum loca inculta jacent, diruta ramanent, baptismus negatur, eukaristia abominatur, poenitentia parvi penditur, hominis plasmatio, carnis resurrectio, abnegando respuitur, et omnia ecclesiastica sacramenta annullantur, et, quod dici nefas est, duo etiam principia introducuntur. Et nunc quid dicam? Non sunt quia hominis isti multa mala faciunt? Si dimittimus eos sic, omnes credent in eos. Et qui absorbuit fluvium et non mirabitur, ex inique præsumptionis audacia influet Jordanis in os ejus. Ego quidem qui uno e duobus divinis accingos gladio, et qui me irae Dei vindicem et ministrum Dei in hoc ipsum constitutum confiteor, dum tali infidelitati modum ponere et finem dare innitor, ad tantum et tale negotium complendum vires meos deficere cognosco, quoniam terrae meae nobiliores, jam paraelibat infidelitatis tabe, aruerunt, et cum ipsis maxima hominum multitudo a fide corruens aruit, unde ide perficere non audeo nec valeo. Nunc igitur ad vestrum configiens subsidium,

humili cordis imploro affectu, quatinus ad extirpandum tantum infidelitatis malum manum consilii vestri et auxillii cum virtute orationis porrigatis. Scitote etenim quia in tantum haeresis virulenta inviacerata manet, quod nisi manu Dei valida Ejusque brachio extento extirpari non potest. Talium namque caput induratum quasi lapis sic manet, ut in stipulam ei vertantur lapides fundae. Quoniam igitur spiritualis gladii virtutem nil perficere posse cognoscimus ad tantam haeresis pravitatem extirpandam, oportet ut corporalis gladii animadversione compellatur. Ad quod peragendum dominum regem Francorum accersiri vestris ex partibus persuadeo, quia per ipsius praesentiam tanta mala finem suscipere suspicor. Ipsi quippe praesenti civitates speriam, vicos et castella sub ejus censura tradam, haereticos ostendam, et usque ad sanguinem, in quounque nostri indignerit negotio, ad conterendos hostes et omnes Christi inimicos illi accistam. Valete

-12-**1179 novembre. Carcassona**

Concordia establerta entre el monarca Alfons I el Cast i Roger II Trencavel, vescomte de Bèliers i Carcassona.

(a) ACA Cancelleria, Reg. Núm. 1, Liber Feudorum Maior, fol. 84d (còpia finals s. XII)

(a) ACA Cancelleria, Perg. Alfons I, carp. 47, núm. 275 (trasllat del 28 de gener del 1218)

(a) ACA Cancelleria, Reg. Núm. 2, Liber testamentorum. Fol. 42-43 (còpia del segle XIV)

Publ.: MARCA, P. (1640), cols. 1372-1373, ap. 471.

Publ.: MIQUEL ROSELL, F. (1945), II, p. 331-332, doc. 856.

Publ.: SÁNCHEZ CASABÓN, A. I. (1995), p. 388-389, doc. 288.

Reg.: MIRET Y SANS, J. (1903-1904), p. 410.

Reg.: CARUANA GÓMEZ, J. (1962), p. 119.

Hec est conveniencia facta inter dominum Ildefonsum, illustrem Dei gracia regem Aragonemsem, comitem Barchinonemsem et marchionem Provincie et venerabilem virum Rodgerium, vicecomitem Biterrensem et Carcassonensem. Donat namque et laudat prenominatus Ildefonsus, rex Aragonensis, iamdicto Rodgerio, vicecomiti civitatem Carcassone et totam terram Carcassonensis, cum omnibus castris et fortitudinibus et villis et cum omnibus deinceps pertinenciis et terminis eiusdem civitatis et regionis et fortitudinum atque castrorum que modo ibis unt vel in antea erunt. Item, donat ei castrum de Lauracho, cum illius omnibus que eidem castro aliquo modo pertinent vel pertinere debent. Donat etiam ei totum Laurages, cum castris et fortitudinibus omnibus, et villis, et cum omnibus pertinenciis eorum, et terminis que modo ibis unt vel erunt in antea. Item donat ei et laudat civitatem que dicitur Redas, et omnem regionem et terram Redensem, cum omnibus castris et fortitudinibus et villis et terminis et pertinenciis eorum omnibus que modo ibis unt, vel erunt in antea et nominatim villam de Limoso. Et totam terram de Salt, cum castris et fortitudinibus et omnibus illorum pertinenciis. Donat item ei castrum de Terminis et totam Terminensii terrram, cum castris et fortitudinibus et villis que modo ibis unt vel erunt in antea et cum eorum terminis et pertinenciis ubique. Item donat ei castrum Minerbe et Minerbensem terram, cum castris et fortitudinibus, et villis, quantum ibi nunc habet vel habere debet cum omnibus eorum pertinenciis et terminis.

Ea avero condicionar donat sepedictius rexx Aragonensis supradicta omnia, ut habeat idem Rodgerius et sui perpetuo ad fevum per iamdictum regem et successores eius, ad servicum et fidelitatem eorum, et quo predictus Rodgerius et successores eius donet, iratus atque pacatus potestates supradictarum civitatum et omnium castrorum et fortitudinum, nunc aut in futuro, ad supadictas civitates Carcassone et Reddes pertinencium eciam ad senioraticum castri de Lauracho et ad senioraticum castri de Terminis et ad senioraticum castri quoque Minerbe, predicto regi et successoribus eius, sine omni eorum enganno, quocienscumque per se aut per nuncios suos at per nuncium suum requisierint et demandaverint.

Hec itaque omnia accipit iamdictus Rodgerius per manum domini regis per fevum et ad servicium et fidelitatem eius et suorum omni tempore, sicut iam predictum est. Insuper et iden Rodegerius convenit domino regi, per bonam fidem et sine enganno eiusdem regis, domini sui, quod cum supradictis civitatibus e terris omnibus et castris et fortitudinibus et cum omni alio honore quem habet ubique vel poterit habere de cetero, valeat et iuret domino regi per bonam et rectam fidem contra omnes homines mundi et paciat paces et guerras sempr comiti Tolose de Sancti Egidii et successoribus eius in perpetuo per mandamentum domini regis et successorum eius Barcinone.

Actum est hoc apud Carcassonam, anno Domini M C LXX IX, mense novembris.

Signum [signo] Ildefonsi regis Aragonis, comitis Barcinone et marchionis Provincie.

Sig [signo] num [Mironis] iudicis de palacio. Sig [signo] num Rodgerii, vicecomitis Biterrensis. Sig [signo] num Arnalli de Villa Mulorum. Sig [signo] num Guillelmi de Sancto Felice. Sig [signo] num Guillelmi de Castroazol. Sig [signo] num Bertrandi de Saxacco. Sig [signo] num Raimundi de Villa Mulorum. Sig [signo] num Petri Vassalli. Sig [signo] num Guillelmi de Sancto Paulo. Sig [signo] num Arnalli Morlana. Sig [signo] num Poncii de Mataplana. Sig [signo] num Petri Raimundi de Alto Pullo. Sig [signo] num Guillelmi Amil. Sig [signo] num Berengarii dez Romegos. Sig [signo] num Fortunii de Bergosa. Sig [signo] num Assaliti. Sig [signo] num Petri Gros. Sig [signo] num Raimundi Arnalli.

Ego Guillelmus de Bassia, notarius domini regis, scripsi eiusdem mandato et precibus Rodegerii hanc aratam litteris rasiset emendatis in linea IIII^a et XII^a et suprapositis in VIII^a et feci hoc signum.

-13-

1179 novembre - Carcassona

Sacramento realizat pel monarca Alfons I el Cast a Roger II Trencavel, vescomte de Bèsiers i Carcassona.

Publ.: MARCA, P. (1640), cols. 1374, ap. 473.

Publ.: MIQUEL ROSELL, F. (1945), II, p. 333-334, doc. 858.

Publ.: SÁNCHEZ CASABÓN, A. I. (1995), p. 390, doc. 289.

Reg.: CARUANA GÓMEZ, J. (1962), p. 120.

Ego Ildefonsus, Dei gracia rex Aragonensis, comes Barchinonensis et marchio Provincie, iurare mando et facio subscriptos homines meos tibi Rodgerio, Biterrensi atque Carcassonensi vicecomiti, filio nobilis vicemoitisse domine Saure, videlicet, quod fidelis ero tibi ab hodierna die in anteo de vita tua et de corpore tuo et membris tuis, nec auferans tibis, nce auferre faciam civitatem Carcasassium nque Redas aut Redensium, nque Terminis aut Terminensium, nque Lauracum aut Laragesium, neque Minerbam aut Minerbesium, sed nque castra aut fortitudine que in his omnibus locis sunt vel de cetero fuerint, neque eciam hoc faciet aliquis homo vel femina per me aut per meum consilium vel adiutorium seu stabilimentum. Sicut igitur suprascriptum est sic tenebo firmiter et attendam per fidem rectam sine aliqua fraude vel dolo. Supradicta quoque volo et mando, ut successor meus Barchinona, sive masculos sive femina fuerit, iuret tibi corporaliter idem quod predixi, si mihi supervixeris, similiter et filio tuo vel filie qui tibi successerit in Carcassona nisi inquam ille filius meus vel filia rex fuerit aut regina Aragonenis quod si fuerit faciat iurare per barones curei sue et hec conveniencia vadat in eternum inter meos et tuos.

Nos siquidem Raimundus de Villa Mulorum Bernardus de Alionis, Miro, idudex de palacio, Arnallus de Palaciolo, Dalmacius de Crexello, iuramus tibi Rodgerio quod supradicta tipus attendantur et compleantur per Deum et hec Sancta Quatuor Evangelia.

Actum est hoc apud Carcasonam, anno Domini M^o C^o LXIX^o, mense novembris.

Signum [signo] Ildefonsi regis Aragonensis, comitis Barcheone et marchionis Provincie.

Ego Guillelmus de Bassia, notarius domini regis, scripsi hanc cartam eiusdem mandato.

-14-

1179 gener - Perpinyà

Alfons I el Cast concedeix al monestir de Santa Maria de Lagrassa la seva protecció i concedeix permís per a construir unes fortificacions.

(A) BNF Colection Doat, v. 66, fol. 273, B.

(a) BNF Colection Baluze, v. 392, núm. 571 (còpia s. XIII)

Publ.: MAHUL, J. A. (1859), p. 257.

Publ.: SÁNCHEZ CASABÓN, A. I. (1995), p. 392-393, doc. 291.

Reg.: CARUANA GÓMEZ, J. (1962), p. 120.

Notum scire volentibus quod ego Ildefonsus, Dei gratia rex Aragonum, comes Barchinone et marchio Provincie, celestis regis intuitu et ob remissionem peccatorum meorum, recipio sub mea speciali protectione et perpetua securitat omnes possessiones et facultates domus et monasterii de Grassa et monachos et homines et nominatim Arnaldum venerabilem in Domino abbatem eiusdem monasterii in quocumque etiam statu fuerit. Recipio inquam per totam nostram terram et in terris amicorum meorum adiiciens quoque quod si quis contra ius et rationem vel super oblatione iuris, aliquod malum vel gravamen eidem abbatи vel monachis, aut hominibus inferret, baiulus meus in cuius baiulia id fieret, compellat districte malefactorem satisfacere condigne vel iuri stare et ratione. Convenio item quod numquam manutenebo aliquem hominem iniuste agentem contra eiusdem abbatem et succedssoribus suis concedo etiam libere et absolute abbatи et successoribus eius facere fortitudines et castra ubicumque voluerint in suo dominio et alodio.

Similiter dono et dimitto eidem monasterio in perpetuum, lesdam totius rei cuiusdam mansi apud Podium Ceritanum constitui ad ius ed dominium eiusdem monasterii pertinentiis suis eidem manso eundem. Quoniam quidem firmiter promitto, quod numquam ego et baiuli mei aliquas novas consuetudinem vel exactiones faciamus vel requiramus iniustas alicubi honoris sepedicti monasterii neque aliquam personam id facere permittemus.

Actum est hoc mense novembris, anno Domini M C LXXIX, apud Perpinianum.

Signum Ildefonsi regis Aragonum, comitis Barchinone et marchionis Provincie.

Teste domino D., Crassae archipresbitero. [Signo] Raymundi de Villa Muls. [Signo] Raymundi de Perella. [Signo] Petri de Mennona. [Signo] Arnaldi de Palaciosa.

Ego Guillelmus de Bassia, notarius domini regis, scripsi hanc eiusdem mandati.